

*est conservandum, negligens inventus fuerit, et ob hoc observare distulerit, aut eos qui ipsum audire neglexerint celaverit aut suppresserit, et in notitiam episcopi non deposuerit, anno a consortio fratum, vel ab omnium Christianorum communione habeatur extraneus.*

## SUBSCRIPTIONES.

*Aunacharius in Dei nomine episcopus constitutio-*  
*nen hanc [confirmavi et] subscripsi.*

*Vinobaudis [Winebaudus] abbas subscripsi.*

*Baudonius [Baudoveus] abbas subscripsi.*

*Francolus [Frannulfus] abbas subscripsi.*

*Cæsarius abbas subscripsi.*

*Desideratus abbes subscripsi.*

*Amandus abbas subscripsi.*

*Tegredus abbas subscripsi.*

*Vigilius presbyter subscripsi.*

*Gregorius presbyter [abbas] subscripsi.*

*Claudius presbyter subscripsi.*

*Anianus [Ananias] presbyter subscripsi.*

*Saupandus presbyter subscripsi.*

*Theodulfus presbyter subscripsi.*

*Ruricius presbyter subscripsi.*

*Niobaudis presbyter subscripsi.*

*Antonius presbyter subscripsi.*

*Sevardus presbyter subscripsi.*

*Addo presbyter subscripsi.*

*Sindulfus presbyter subscripsi.*

*Audovius [Audoveus] presbyter subscripsi.*

*Medardus presbyter subscripsi.*

*Badericus presbyter subscripsi.*

*Syagrius presbyter subscripsi.*

*Friobaudis presbyter subscripsi.*

*Eominus presbyter subscripsi.*

*Elladius presbyter subscripsi.*

*Theodemodus presbyter subscripsi.*

*Launovius presbyter subscripsi.*

*Leonastis presbyter subscripsi.*

*Medardus presbyter subscripsi per diacessum  
Leudegisilum.*

*Eunius presbyter subscripsi.*

*Filmatius presbyter subscripsi.*

*Nonnovius presbyter subscripsi.*

**B** *Ballomeris presbyter subscripsi.*

*Romacharius presbyter subscripsi.*

*Medardus presbyter subscripsi.*

*Audila presbyter subscripsi.*

*Genulfus presbyter subscripsi.*

*Syagrius presbyter subscripsi.*

*Sindulfus presbyter subscripsi.*

*Vinobaudis presbyter subscripsi.*

*Barbario diaconus subscripsi.*

*Leudegisilus diaconus pro Medardo subscripsi.*

*In hac synodo fuerunt congregati episcopus unus,  
abbates septem, presbyteri triginta quatuor, diaconi,  
qui in vice presbyterorum subscripserunt, tres laudes.*

## SANCTI AUNARII, AUTISSIODORENSIS EPISCOPI ,

## EPISTOLA AD STEPHANUM ABBATEM

(*Ex Bolland., prima die Maii.*)

HUNC HORTATUR UT VITAM SANCTI AMATORIS CONSCRIBAT.

Dilectissimo atque amantissimo et interno mihi vinculo charitatis connexto Stephano presbtero , Aunarius gratia Dei episcopus, in Domino æternam salutem.

Tuæ nobis doctrinæ multis jam experimentis comprobata prudentia compulit nos, quidam tuis humeris imperiosam superponere sareinulum; sed eam quæ tibi non sit oneris, sed honoris; nec quæ deorsum iniquo pondere premat, sed quæ potius cœlum usque sustollat. Cognitum tibi est, charissime frater, et quæ sit humanarum mentium diversitas, et quemadmodum in studia contraria non solum inane vulgus, verum etiam universa scindatur nobilitas. Et quidam quidem prosaico oblectantur stylo,

C quidam autem numeris se rhythmisve ac cantibus versuum delectari satentur. Ergo, ut omnium vatis occurrerem , et nullus suo desiderio fraudaretur, placuit mihi ut vitas beatissimorum confessorum quasdam pede libero describeres, quasdam vero lege metrica impeditas digereret : ob quam rem obsecro unitam mihi tua dilectionis amicitiam, ut beatissimi Germani episcopi vitam in versuum qualiter, committare non desistas ; sancti vero Amatoris prosaica modulatione describas; ut sectatores apostolicæ prædicationis effecti, omnibus omnia efficiamur, et nulli quidquam debeamus, nisi ut invicem diligamus. Individuam milii charitatem vestram divina custodiat pietas, venerabilis frater.